



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 17. Ioannes cum Magis comparatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

## Epigramma 17.

## Ioannes cum Magis comparatur.

**G**RANDE caput subinicit Arabs, altamque tiaram,  
Et tenero libat thurea dona Deo.  
Et puer exultans tremulâ qui gestit in alio,  
Altera sacra facit; sed sine thure facit.  
Plus uter hic properat? clauso puer hæret asyla:  
Liber oberrat eques mille Sabæus agros.  
Pace tuâ, liceat dixisse, Sabæe viator,  
Fusio plus omni crede, cœcurrit equo.  
Siste Camele leuesque Dromas mihi siste labores.  
Nil facit ad pueri cursor anhelus iter,  
Quamlibet admissis procurris ut Eurus habenis:  
Vinetus utrumque pedem te puer arte prævit.  
Nonne Sabæetuum thus, quo veneraris, I E S V M,  
Occupat arcano vîctor honore puer?  
Extemploque Deum, Matris qui sedit in arâ  
An gremio? supplex voce precante colit?  
Nec satis est sic voce coli: sese agnus hic agno  
Immolar, ecqua Deo gratior agna litat?

## Epigramma 18.

## Ioannes ad vocem Virginis exultat.

## AD IOANNEM.

**V**IRGO sonat: surdâ dormis puer abditus alio?  
Ewigilas; agili ducis in orbe chorum.  
Quem iubet in gremio sic ludere mater i E S V;  
Ante tui partum te tibi pænè parit.

## Epigramma 19.

## ALIVD.

**V**IRGO parens, *salue*, dulci sonat alma lavello,  
Cui cognata peri voce propinat *aue*.

Tum